Quelle: https://manuscripta.at/?ID=36542
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

debet inordinate extendit. Hoc autem semper in his que non debet inflammat. Sciendum quippe est quia hoc a inpacientibus iracundi differunt. quia illi a aliis illata non tolerant. isti autem etiam que tolerentur portant. Iam iracundi sepe etiam se declinantes insecuntur. rixe occasione conmouent. labore contencionis gaudent. Quos tunc melius corripimus. si in ipsa ire sue commocione declinamus. Et turbati quippe et audiant ignorant. sed ad se reducti. tanto libencius uerba exhortacionis recipiunt. quanto se tranquillius tolerato erubescunt. Venit autem furore ebrie. omne rectum et

In lib. reg. 1. dor puer sum uidetur. Unde et nabal ebrio culpam suam abygahyl laudabiter tacuit. quam digesto uino laudabiliter duxit. Idcirco enim malum quod fecerat cognoscere potuit. quia hoc ebrius non audiuit. Cum uero iracundi alios inpetunt ut declinari omnino non possint non apta exprobracione sed sub quadam sunt cautela reuerencie parcendo ferendi. Quod melius ostendimus si abner factum ad medium deducamus. Hunc quippe cum isahel ui in caute percipiracionis inpeteret. scriptum est. Locutus est abner ad asahel

In lib. reg. dicens. Recede. noli me sequi ne compellar confodere te in terram. Qui audire contempsit et noluit declinare. Percussit ergo eum abner. auersa hasta in inguine et transfodit eum. et mortuus est.